qui obedire cõtemnit. Quia vero ipſa obedientia non metu ſed charitate obſeruanda eſt. Aureã inaurem obtuliſſe ꝓhibentur· vt in ea ꝗ exhibeat obedientia charitas fulgeat· quę virtutes omnes q̃ſi aurũ cętera metalla tranſcendit. Sed qꝛ nulla eſſe obedientia vera nulla ĩnocentia ĩ hereticoꝝ diuiſionibus eſſe poteſt· offerũt ouem· ſed vnã· i· ad ſanctam eccleſiã cum innocentia ⁊ obediẽtia veniẽtes eã mẽtẽ deferant quã ſectarũ ſciſmata nõ diuidant. Et qꝛ ad hoc cõuiuium helya vocante iudei in fine vberius venturi ſunt cũ muneribꝫ ſubdit. **Dñs autem be. ⁊c.** Magis nouiſſimis iob ꝗ͂ principio benedicit· qꝛ quantũ ad iſraelitici ꝑpli ſuſceptionẽ ꝑtinet vrgente fine ſeculi dolorẽ ſãctę eccleſię dñs animarũ multiplici collectõe cõſolatur. **Magis ꝗ͂ in princi. ⁊c.** Adhuc multiplicabunt ĩ ſenecta vberi· qꝛ cum vita differt ad melius fortitudo ꝓducit· ⁊ per augmentũ temporꝝ creſcũt lucra meritoꝝ. **Et facta ſunt ei q. m. o.** Agnoſcamus in oĩbꝫ fideles ⁊ innocentes ex iudea ꝑpl'os legis diuinum paſcuis ſatiatos In camelis ad fidem ſimplices ex gentilitate venientes· qui turpes prius oſtenſi ſunt fęditate vicioꝝ. rurſum qꝛ repetit ſcriptura qđ cõfirmat· ĩ bobus iſraeliticos quaſi iugo legis attritos. In aſinis gẽtiles. Eccleſia ergo ꝗ prius ĩnumeris tẽptationibus preſſa vł' iſraeliticum ꝑplm vel multos ex gentibꝫ amiſit· videlicet quos lucrari nõ potuit. Duplicia ĩ fine recipit qꝛ ex vtraqꝫ natione fidelium numerus multiplicior excreſcit. Poſſunt ⁊ ꝑ boues ꝓ̄dicatores· ⁊ ꝑ aſinas ſimpliciũ mentes ſignari· de quibꝫ in principio latius dictũ eſt. Septẽ quoqꝫ filios ⁊ tres filias recepit· qꝛ eoꝝ mentibus quos ſeptẽ virtutibꝫ quas yſaias enumerat genuerat· ad ꝑfectõis ſummã ſpem· fidem· charitatemqꝫ coniungit. **Quattuordecim milia ouiũ.** Hęc aperte videnť duplicia· ſed filij totidem redditi dicunť· quot amiſſi; vt hi ꝗ extincti fuerant viuere demonſtrentur· ⁊ hi ergo dupliciter· qꝛ ei deus decẽ ĩ carne reſtituit· decẽ ꝗ amiſſi fuerant ĩ occulta animarũ vita ſeruauit. **Et vocauit nomẽ vniꝰ diẽ** Omĩs qui miſericordia redẽptoris eligiť· his nominibus deſignatur. quia humanũ genus condendo diẽ· redimendo caſſiam. Nã chriſti bonus odor ſumus deo· ⁊ aſſumẽdo cornuſtibij fecit. Qui enĩ lux fuimus conditi· ⁊ nũc ſumus caſſia redempti· erimus qñqꝫ cornuſtibij in exultatõe ęternę laudis aſſumpti· Cornuſtibij aũt ex cornu ⁊ tibia compoſitũ eſt. Ergo ꝑ cornuſtibij letantiũ cantus exprimitur. Prius etiã homo quaſi die ex conditione claruit· poſt redemptus flagrantia virtutũ impletur· quibꝰ qđ ꝑdidit reſtituatur· tercio in reſurrectõe carnis in cõcentu ęternę laudis aſſumetur· ſed ante nuptias ſponſe ꝓ̄parat vt impleat. vnđ. **Non ſunt aũt inuente mu. ſpe. ⁊c.** Electorum quippe animę omne humanũ genus qđ in terra ſcđm hominẽ cõuerſatur ſuę pulcritudinis decore tranſcendunt· quantoqꝫ exterius ſe affligendo deſpiciunt: tanto intus verius componuntur. **Deditqꝫ eis pa. ſuus he.** Ipſe ergo ex ꝑfectorum numero ſpecioſę memorantur· Ipſe etiã velut ex iꝑfectorum typo velut infirmę hereditatẽ ĩter fratres accipiunt. Sorores ergo cum fortibus ad cęleſtia admittunť. Viſu nãqꝫ veteris vitę feminę inter mares hereditatẽ non habent· qꝛ legis ſeueritas fortia eligens infirma cõtemnẽs: diſtricta potius ſtuduit ꝗ͂ benigna ſancire. Sed pio redemptore veniente: ⁊ infirmus cũ ꝑfectis ad regnũ aſſumitur. **Vixit aũt poſt hęc iob ⁊c.** Vacuus dierum eſt qui ⁊ quãlibet multũ vixerit ętatis ſuę tꝑa in vanitate cõſumit. At cõtra plenus dierum dicitur· cui nequaq̃ȝ dies ſui pereundo trãſeunt· ſȝ ex quotidiana mercede boni operis apud iuſtum iudicem: ⁊ poſtq̃ȝ tranſacti fuerint reſeruantur. In typo eccleſię ſi quattuordecim per denariũ ducimus: ad centeſimum ⁊ quadrageſimũ numerũ peruenimus. et eccleſia recte per multiplicata decẽ ⁊ quattuor cõputatť· quia vtrũqꝫ teſtamẽtum cuſtodiens: ⁊ tam ẜm legis decalogum q̃ȝ ſcđm euangelij quattuor libros viuens· vſqꝫ ad perfectõis culmen extendiť. Bene aũt iob poſt flagella viuere dꝛ· quia eccleſia prius flagello diſcipline percutitur ⁊ poſtmodũ vitę perfectõe roboratur. Quę ⁊ filios ſuos: ⁊ filios filioꝝ ſuorum vſqꝫ ad quartam generatõem conſpicit: quia hac ętate quę annis quattuor tẽporibus voluitur· vſqꝫ ad finẽ mũdi per ora pręedicantium naſcentes ſibi ſoboles cõtemplatur. Videt filios filiorum: cum ab eiſdem fidelibus ad fidem alios gignit ⁊ alios cognoſcit. Quę ſenex ⁊ plena dierum moritur· qꝛ ſubſequente luce ex mercede quotidianorum operũ depoſito corruptõis pondere ad in corruptionẽ ſpũalis patrię mutatur. Plena dierũ moritur cui labentes anni nõ tranſeunt· ſed ſtantium actuum retributõe ſolidantur. Plena dierũ moritur: quia ꝑ hęc tranſeuntia tempora id quod non tranſit operatur. Vnde aplis dicitur. Operamini non cibũ qui perit: ſed qui permanet in vitam ęternam.

benedixit nouiſſimiſ iob magis ꝗ͂ in principio eius. Et facta ſunt ei quattuordeciȝ milia ouiũ ⁊ ſex milia cameloꝝ: ⁊ mille iuga boum et mille aſinę. Et fuerunt ei ſeptẽ filij ⁊ tres filię. Et vocauit nomẽ vniꝰ diem: ⁊ nomen ſecũdę caſſia· ⁊ nomen tercię cornuſtibij. Non ſunt aũt iuentę mulieres ſpecioſę ſicut filię iob in vniuerſa terra. Deditqꝫ eis pater ſuus hereditatẽ inter fratres earum. Vixit aũt poſt hęc iob centuȝ quadraginta annis· ⁊ vidit filios ſuos ⁊ filios filioꝝ ſuorum vſqꝫ ad quartã generatõeȝ· ⁊ mortuus eſt ſenex ⁊ plenus dierũ.

(Interlinear glosses: ſ de his plenius dictũ eſt in principio. — ſ ·i· lux. — ſ odor virtutũ. — ſ letantiũ cantus. — ſ ſed qꝛ inter ꝑfectos ſunt ⁊ infirmi ⁊ his benigne pater dat hereditatem cum fratribus.)

Liber Job explicit.

¶ Prologus beati Hieronimi in pſalterium Incipit.

Pſalterium rome dudum poſitus emẽdaraȝ· ⁊ iuxta ſeptuaginta interpretes· licet curſim: magna tamen ex parte correxeraȝ. Qđ qꝛ rurſũ videtis o paula ⁊ euſtochiũ ſcriptoꝝ vicio deprauatuȝ· pluſqꝫ antiquũ errorem ꝗ͂ nouã emendationẽ valere: me cogitis vt veluti quodã nouali· ſciſſum iam aruũ exerceam· ⁊ obliqꝭ ſulcis renaſcẽtes ſpinas eradiceȝ· ęquũ eſſe dicẽtes vt qđ crebro male pullulat crebriꝰ ſuccidatur. Vñ conſueta ꝓ̄fatione ꝯmoneo· tam vos quibus forte labor iſte deſudat· ꝗ͂ eos qui exẽplaria iſtiuſmodi habere voluerint: vt quę diligẽter emendaui· cũ cura et diligẽtia trãſcribantur. Notet ſibi vnuſquiſq̃ȝ vel iacentẽ lineã· vł' radiantia ſigna· i· obelos· vel aſteriſcos· ⁊ vbicũq̃ȝ viderit virgulã ꝓ̄cedenteȝ· ab ea vſq̃ȝ ad duo pũcta ꝗ impreſſimus· ſciat ĩ ſeptuagĩta trãſlatoribuſ plus haberi: vbi aũt perſpexerit ſtellę ſimilitudinẽ: de hebręis voluminibꝰ additũ nouerit ęque vſq̃ȝ ad duo pũcta· iuxta theodotionis dũtaxat editionẽ: ꝗ ſimplicitate ſermoĩs a ſeptuaginta interꝑ̄tibus nõ diſcordat. Hęc ergo ⁊ vobis ⁊ ſtudioſo cuiq̃ȝ feciſſe me ſciens: ñ ambigo multos fore· qui vel inuidia vel ſupercilio malint cõtemnere videri pręclara ꝗ͂ diſcere ⁊ de turbulento magis riuo ꝗ͂ de puriſſimo fonte potare.

¶ Prologus in pſalteriũ Explicit.